



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniæ Agrippinæ, 1653

VI. Auctores Scriptoresque, Veteres & noui de Architectura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ARCHITECTVRA CHRISTIANA. 5

ticum. 10. Pontium. 11. Turrium. 12. Fori. 13. Armamentarij. 14. Aerarij. 15. Cloacarum. 16. Murorum. 17. Parietum. 18. Teclorum.

Polydorus Virgilius de inuentione rer. 3. 7.

VI. *Ἀρχιτεκτων* Græcis dicitur Princeps fabrorum: hoc est, qui inferiorum opificum, quos Aristoteles 1. Ethicor. & 2. Phisic. *ποιητήριος* vocat, operis & operibus utitur. Quare est vox generis, uti etiam apud Latinos, Faber. In specie vero ad *Ædificandi* artem, quæ *Ædificia* propriè dicta ad conuersationem hominum accommoda *edificat*, seu *fabricat*, *καὶ ἐξελύττεται* transfertur: quandoquidem illi qui *edificant* omnes fere *fabros* habent sollicitos, occupatos sibiq; obnoxios: eoq; nomine *οἶον ἀρχιτεκτωνος* censerì possunt & appellari, quasi Imperatores, & designatores reliquorum.

VII. *QVONIAM* autem *Ædificandi* Ars non tantum ea, quæ necessitati habitationis, & locationis, ut *Templa*, *Domus*, *Porticus*, *Propugnacula*, sed etiam quæ ornamentis inserviunt, *statuas* scilicet, *colossos*, & similia efficit: ea propter interformales differentias referri posset *Architectura* *Statuarios* & *Marmorarios* complectens. Et quia tuetur contra quæuis alia extrinsecus offendentia, idcirco inter defendentia quoque collocatur.



OPVS-